

5
S E R I E S
C H R O N O L O G I C A

RERUM AD HISTORIAM
SACRAM NOVI TESTAMENTI
PERTINENTIUM.



Q U A N D O

A. D. O. M.

P R Æ S I D E

P. POLYCHRONIO GASSMANN

*Ord. FF. Min. S. Franc. Recoll. S. Scriptura, & SS.
Canonum Professore*

SELECTAS EX S. SCRIPTURA THESES

P R O P U G N A B U N T

Religiosi ejusdem Ordinis sacerdotes

F. APRONIANUS FERBER, F. HELVINUS VOSSEN

*S. Scriptura, SS. Theologia & Jurisprudentia sacra
Auditores.*

Aquisgrani In Aulâ Academicâ majori, horis ante &
post meridiem consuetis, Die 20 Maji Anni 1790.

EX TYPOGRAPHIA SCHÆFERIANA,
M D C C X C.

5 ms

Bint. 406

25W

SERIES CHRONOLOGICA
Rerum ad Historiam sacram Novi
Testamenti pertinentium.

P. J.	U. C.	Ol.
4641	681	176
Periodi Julianæ.	Urbis conditæ.	Olympiadis.

Coff. { TERENTIO LUCULLO
VARRONE,
C. CASSIO VARO

Nascitur *Herodes M.* ex patre *Antipa*, sive *Antipatro*, & matre *Cypron*.

Quidam idumæus, nomine Antipater, vir pecuniosus & industrius, infensus erat Aristobulo.... Quamvis Nicolaus Damascenus hujus genus deducat à primatibus Judæorum, qui in Judæam venerunt è Babylonia. Sed hoc dicit in gratiam Herodis, ejus filii, quem fortuna ad Judæorum Regnum evexit. Jos. A. Jud. L. 14. C. 2. Duxit uxorem illustri inter Arabes loco natam, Cypron nomine, ex qua quatuor ei nati sunt filii Phasaelus, & Herodes, qui postea regnavit, Josephus, atque Pheroras. & filia Salome. Hic Antipater etiam alios dynastas hospitio sibi conjunxit & amicitia, maximè Arabem (Aretam) apud quem & liberos deposuit, dum bellum contra Aristobulum gereret.

Idem ibid. C. 12.

P. J.	U. C.	Ol.
4649.	689.	178.

Periodi Julianæ.

Urbis condite.

Olympiadis.

Coff.

AURELIO COTTA,
MANLIO TORQUATO.

Aristobulus acie victus, Hierosolymis obsidetur à Rege Arabum, & Antipatro.

Aretas expeditionem suscepit contra Aristobulum, ducens 50000 pedestris simul & equestris exercitus, moxque vicit prælio. Post eam victoriam desolatus Aristobulus confugit Hierosolymam, Arabs autem adductio secum toto exercitu oppugnabat eum in templo.

Joseph. L. 14. Ant. C. 3.

4651.

691.

179.
2.

Coff.

M. TULLIO CICERONE,
C. ANTONIO NEPOTE.

Post solstitium æstivum expugnantur Hierosolymæ à Pompejo.

Capto templo, tertio demum mense, die jejunii, 179 Olympiade, C. Antonio, M. Tullio Cicerone Coff. hostis quidem irrumpens jugulabat omnes obvios....

Idem ibid. C. 8.

4666.

706.

183.
1.

Coff.

C. JULIO CÆSARE II,
P. SERVILO VATIA.

Antipater Herodi secundo (natus ex liberis suis) Galilæam curandam commisit etiam tum valdè adolescenti, nec excedenti annum quintum decimum. At rectius lege: cui viginti quinque tantum anni obtigerant, cum apertè mendosus sit Josephi locus.

Joseph. L. Ant. 14. C. 17.

F. J.	U. C.	Ol.	Æ. J.	A. I.
4669.	709.	183. 4.	1. Æræ Julianæ.	1.
4670.	710.	184. 1.	2.	1. Augusti Imperat.
4674.	714.	185. 1.	6.	5.

Periodi Julianæ.

Urbis conditæ.

Olympiadis.

Æræ Julianæ.

Augusti Imperat.

Coff. [JULIO CÆSARE IV,
M. ÆMILIO
LEPIDO.

A Calendis Januarii numeratur annus primus ordinationis seu correctionis Calendarii Romani per C. Julium Cæsarem factæ.

Coff. [JULIO CÆSARE V.
M. ANTONIO.

Idibus mensis Martii vulneribus tribus & viginti in Senatu confossus occumbit C. Julius Cæsar. Hujus ex sorore nepos C. Octavius paricidium dissimulans, Cæsaris nomen assumit annis natus 19. Hinc multis scriptoribus initium Imperii Augusti.

Coff. [Cn. DOMITIO
CALVINO II,
C. ASINIO
POLLIONE.

Dimisso Senatu Antonius & Cæsar medium habente Herodem exiverunt, Consulibus, cæterisque Magistratibus deducantibus, ascenderuntque in Capitolium, sacri ibi facturi.... & novus Rex (Herodes) primo Regni suæ die convivio exceptus est a Antonio. Atque hoc pacto illi Regium fastigium adeptus est CLXXXIV. Olympiadis C. Domitio Calvino iterum C. Asinio Pollione Coff. Joseph. Ant. L. 14. C. 2

P. J.	U. C.	Ol.	Æ. J.	A. I.
4674.	714.	185. 1.	6.	5.
Periodi Julianæ.	Urbis conditæ.	Olympiadis.	Æræ Julianæ.	Augusti Imperatoris.
4677.	717.	185. 4.	9.	8.

At dum sub his Coss. scribit ad Regni solium evectum fuisse *Herodem* Olympiade 184, designat factum ante solstitium æstivum, quo Olympias nova 185 inchoatur, proin intelligendus est de Olymp. 184 completâ, aut mendum irrepit. Atque hæc prima est *Herodis* epocha.

[M. VIPSANIO
Coss. [AGRIPPA,
[L. CANINIO GALLO.

Post hæc, ubi tempestas (hyems) descendiit, moto inde (ex vico isana) exercitu, venit Jerosolymam, & castra prope urbem metatus est, anno tertio, postquam Romæ Rex declaratus fuerat: quibus mox propius admotis, quæ maximè oppugnationi obnoxia putabat mœnia, ante templum fixit tentoria, volens sic ea, quemadmodum olim Pompejus, aggredi.

Joseph. L. 14. Ant. C. 27.

Denique tanto exercitu circumfidente per quinque menses obsidionem toleraverunt.

Id. de Bell. jud. L. I. C. 13.

Hyeme transactâ, mense nimirum Februario, inchoata obsidio tenuit *menses quinque*, proin ad mensem certè Junium jam valdè adultum, in quod tempus facilè incurere possunt dies ultimi *mensis tertii* (Sivan) quem ex-

P. J.	U. C.	Ol.	Æ. J.	A. I.	
4677.	717.	185. 4.	9.	8.	pugnationi per <i>Pompejum</i> & per <i>Herodem</i> adscribit <i>Josephus</i> . <i>In Sabbaticum annum inciderat oppugnatio.</i> <i>Joseph. L. 14. Ant. C. 28.</i> Annus Sabbaticus anni præteriti mense <i>tisri</i> inchoatus, hoc anno, eodem recurrente mense terminatur. <i>Ea clades accidit Coss. Romanis M. Agrippa, & Caninio Gallo, 185 Olympiade, mense tertio, feriis, quibus solenne fit jejunium, tanquam revertente in idem temporis punctum illata per Pompejum Judæis calamitate. Nam & ab illo eadem die urbs capta fuerat ante annos 27.</i> <i>Joseph. ibid. circa finem.</i>
			<i>Æræ Julianæ.</i>	<i>Augusti Imperatoris.</i>	
	<i>Urbs condita.</i>	<i>Olympiadis.</i>			
4689.	723.	187. 2.	15.	14.	[AUGUSTO Coss. [CÆSARE III, [M. VALERIO [MESSALA. Pugna Actiaca VI nonas, seu 2. Septembris, à quâ devictis <i>Antonio & Cleopatrá</i> , initium Imperii <i>Augusti</i> plures ducunt scriptores, qui annos 44 eidem attribuunt. <i>Solus summum Imperium gessit à victoria apud Actium annos XLIV. minus diebus XIII.</i> <i>Dio Cassius L. 50.</i> <i>Novissimè per quatuor & quadraginta annos solus Rempublicam tenuit.</i> <i>Suetonius C. 8.</i>

P. J.	U. C.	Ol.	Æ. J.	A. I.
4684.	724.	187. 3.	16.	15.
Periodi Julianæ.	Urbis conditæ.	Olympiadis.	Æræ Julianæ.	Augusti Imperatoris.
4708.	748.	193. 3.	40.	39.
4709.	749.	193. 4.	41.	40.

[AUGUSTO
Coff. [CÆSARE IV,
[M. LICINIO
[CRASSO.

Antonius nudato gladio sibi mortem consciscit : *Cleopatra*, ubi servari se triumpho vidit, *incautiorem natia custodiam admotis ad venas serpentibus* vivere definit. In ditionem *Augusti* venit *Alexandrina* Civitas, qui & ipse rerum omnium potitur in orbe Romano : hinc alii Imperii illius primordia repetunt.

a. Æ.

[LÆLIO BALBO,
Coff. [C. ANTISTIO
[VETERE.

Mittitur Angelus *Gabriel* ad *Zachariam* simplicem Sacerdotem mense Septembri. Conceptio *S. Joannis B. præcursoris Domini.*

Luc. I. V. 5. - 25.

[AUGUSTO
Coff. [CÆS. XII.
[L. CORNELIO
[SULLA.

Octavo Calendas Aprilis, five 25. Martii annuntiatum ab Angelo Dei Verbum, Spiritus sancti operante virtute, virginali *Maria* utero concipitur.

Luc. I. V. 26. 38.

Exurgens

Ante Æram vulgarem.

P. J.	U. C.	Ol.	Æ. J.	A. I.	a. Æ.
4709.	749.	193. 4.	41.	40.	5.
Periodi Julianæ.	Urbis conditæ.	Olympiadis.	Æræ Julianæ.	Augusti Imperatoris.	Ante Æram vulgarem.
4710.	750.	194. I.	42.	41.	4.

Exurgens Maria abiit in Montana in civitatem Jether absque Josepho comite, & salutavit Elisabeth.

Ibid. V. 39. 40.

Exi Edictum ab Augusto Cæsare de describendo universo orbe Romanis subjecto, sub finem præfecturæ Syriacæ *Jentii Saturnini*, cui hoc anno succedit *Quintilius Varus*, misso Magistratu extraordinario ad censum peragendum *P. Sulpitio Quirino*.

Luc. 2. V. 1.

Nascitur S. *Joannes B.* sub solstitium æstivum.

Luc. 1. V. 57. 80.

Nascitur Messias de tribu Juda & stirpe David, **JESUS CHRISTUS** Dei filius 25. Decembris in Bethlehem Juda, civitate David, factus homo.

Luc. 2. V. 2. 20

[C. CALVIS. COFF.]
[SABINO, RUFFINO]
[seu RUFO.]

Calendis Januarii circumciditur in Bethlehem octiduanus Puer *Jesus*.

Luc. 2. V. 21

Sextâ Januarii ibidem

P. J.	U. C.	Ol.	Æ. J.	A. I.	a. Æ.
4710.	750.	194. 1.	42.	41.	4.
Periodi Julianæ.	Urbis conditæ.	Olympiadis.	Æræ Julianæ.	Augusti Imperatoris.	Ante Æram vulgarem.
4711.	751.	194. 2.	43.	42.	3.

adoratur à Magis, ex Arabia felice, stellâ duce advolantibus.

Math. 2. V. 1. 12.

Die 2. Februarii impletis purgationis Mariæ diebus sistitur Domino Divinus Infans. Divino monitu ex urbe Nazareth fugitivus abducitur in Ægyptum. Herodes Messæe inhians, à bimatu & infra occidit infantes.

Luc. 2. V. 22. 39.

Math. 2. V. 13. 18.

His pueris *Macrobius* L. 2. *Saturnal.* C. 4. falso adnumerat Herodis filium.

[CORNELIO
Coff. [LENTULO,
[M. VALERIO
[MESSALINO.

Rex (Herodes) morbo correptus testamentum condidit... Desperatâ deinde salute, quia prope septuagenarius erat, mirum in modum efferatus est, iræ impatiens, & amarulentus in rebus omnibus.

Jos. L. 17. Ant. C. 8.

Mense Nisan, instante festo azymorum, paulò ante plenilunium, quinta die, postquam Antipatrum filium occidit,

vita defunctus est, Herodes, Ascalonita, post detrusum Regno Antigonum anno 34, ex quo autem à Romanis Rex declaratus est, anno 37, vir in omnes ex æquo scævus, iræ servus, juris dominus.

Joseph. L. 14. Ant. C. 10.

Morbus autem (Herodis) ingravescebat, quia eum senectus pariter & mæror urgebat, cum jam annos septuaginta natus esset. . . . Satellitibus missis occidit Antipatrum, mortuumque sepeliri præcepit in hyrcanio. . . . Post interitum autem filii quinque diebus exactis moritur: annos quidem 34, ex quo interfecit Antigonum, Regno potitus: triginta verò & septem, postquam Rex à Romanis declaratus est.

Joseph. L. I. de bell. Judaic. C. 21.

Indicatâ deinde Regis morte, congregatâque in Hierichuntinum amphitheatrum omni militiâ. . . Ptolomæus testamentum perlegit, quod non aliâs ratum habendum esset, quàm accedente consensu Cæsaris. Moxque acclamatum est Regi Archelao, & milites crtervatim unâ cum suis ducibus pollicebantur eandem, quam patri habentis præstitissent fidem, atque operam. . . . Archelaus autem per septem dies juxta patriam legem luctu parentis celebrato, & infine luctus funebri epulo multitudini præbito, in templum ascendit, & quacunque transiret, excipiebatur gratulationibus, ac faustis acclamationibus.

Joseph. L. 17. Ant. C. 10.

Sacra familia de morte Herodis, & pueri Jesu securitate cœlitus admonita ex Ægypto migrat in Galilæam in Nazareth, ubi stabile deinceps figit domicilium.

Math. 2. V. 19. 23.

Romam contendit Archelaus paterni testamenti confirmationem postulaturus.

Cæsar Archelaum, non Regem declarat, sed dimidiâ parte ditionis, quæ Herodis fuerat, ei concessa Ethnarcham eum constituit, Regnum quoque pollicitus, quamprimum ille se tali honore dignum redderet. . . . Archelao itaque cessit Judæa & Idumæa, præterque has Samaria.

Joseph. Ant. L. 17. C. 13.

P. J.	U. C.	Ol.	Æ. J.	A. I.	Æ. V.
4714.	754.	195. 1.	46.	45.	1.
Periodi Jul.	Urbis cond.	Olympiadis.	Æræ Jul.	Augusti Imp.	Æræ vulg.
4720.	760.	196. 3.	52.	51.	7.

[CAJO CÆSARE,
L. ÆMILIO
PAULO.

Æræ Dionysianæ, ac
vulgaris, five annorum
Christi vulgò initium,

[A. L. N. C. SI.
LIANO,
Q. C. M. C. SI.
LANO.

Decimo autem principatus Archelai anno primates, tam Judæorum, quàm Samaritarum, non ferentes ejus tyrannidem, detulerunt eum ad Cæsarem, maxime cum scirent, eum contra ipsius mandatum fecisse, à quo jussus fuerat ex æquo ac bono præesse subditis... Cæsar auditis ejus accusatoribus, & ipsius defensione, misit eum Vienne in exilium, quæ est urbs Gallicæ, multatum prius omni pecuniâ... Cæterum ditione Archelai contributâ Syriæ, missus est illd à Cæsare vir consularis Quirinus, qui censum ageret per Syriam, & ipsius Archelai domum venderet.

Jos. L. 17. Ant. C. 25.

Quirinus autem venditis & confiscatis Ar-

P. J.	U. C.	Ol.	Æ. J.	A. I.	Æ. V.	
4720.	760.	196. 3.	52.	51.	7.	<p><i>Archelai facultatibus, per actoque cenſu, qui incidit in annum 37 poſt victum à Cæſare in Actiaca pugna Antonium, cùm mota eſſet contra Joazarum Pontificem plebis ſeditio &c. Idem L. 18. Ant. C. 3</i></p> <p>Ponit quidem <i>Joſephus</i> L. 2. de bello C. 6 novem tantùm <i>Archelai</i> annos, novem etiã ſpicas in omine designatos, ſed completos accipit; nam L. 17. Ant. C. 25, ſicuti annos 10 ſic etiã 10 ſpicas, annorum ſymbolicas recenſet, annum utique unum <i>Archelai</i> exactum demonſtrans, & alterum inchoatum.</p> <p>Pulſo <i>Archelao</i> procurator <i>Judææ</i> in provinciam Romanam redactus ſubſtituitur <i>Coponius</i>.</p> <p><i>Interea cum Quirini venit Coponius, præfeſtus turmæ equitum, penes quem eſſet totius Judææ rerum adminiſtratio.</i></p> <p>Jof. L. 18. Ant. C. 1</p>
	Urbis conditæ.	Olympiadis.	Æræ Julianæ.	Auguſti Imperatoris.	Æræ vulgaris.	
4721.	761.	196. 4.	53.	52.	8.	<p>[FURIO CAMILLO S. N. QUINCTI- LIANO. Cum factus eſſet Jeſu annorum duodecim</p>

P. J.	U. C.	Ol.	Æ. J.	A. I.	Æ. V.
4721.	761.	196. 4.	53.	52.	8.
Periodi Julianæ.	Urbs conditæ.	Olympiadis.	Æræ Julianæ.	Augusti Imperatoris.	Æræ vulgaris.
4723.	763.	197. 2.	55.	54.	10.
4724.	764.	197. 3.	56.	55.	11.

sublato jam omnî ab Herodianis metu, ascendit cum *Maria & Joseph* Hierosolymam ad solemnitatem Paschæ, & triduo amissus reperitur in templo inter Doctores, interrogans & audiens illos. Luc. 2. V. 41. 51.

[L. C. DOLA-
BELLA,
C. JUNIO SIL-
LANO.

Hoc anno ædem concordiæ consecravit *Tiberius*, & quidem die 16 januarii.

Dio Cassius L. 56.
Ovid. L. 1. fast. V.
271.

Coponius Romanam revertitur, successore accepto M. Ambivio, cujus tempore Salome Herodis Regis soror vitæ decedens julicæ jamnam cum suâ toparchiâ reliquit.

Jos. L. 18. Ant. C. 3.

[M. ÆMILIO
LEPIDO,
T. STATILIO
TAURO.

Lege per Consules latâ, postulante patre ejus: (Augusto,) ut æquam ei jus in omnibus provinciis. & exer-

titibus esset, Tiberius, princeps, collega imperii, consors tribunitiæ potestatis assumitur, omnesque per exercitus ostentatur.

Suetonius C. 21. Annal. C. Tacitus L. 1. Ann. C. 1.
Vellejus Patere. L. 2. C. 121.

Hinc proconsularis Imperii initium & anni Tiberii à S. Luca desumuntur.

Annum epochæ adscribunt ferè Tacitus, & Suetonius: Epocham ipsam inter primos desigant Plinius, dum L. 15. C. 22. ita scribit: *eâque commendatione credidère, L. Pisonem urbis Romæ curæ ab eo (Tiberio) delectum, quod biduo, duabusque noctibus perpotationem continuasset APUD IPSUM JAM PRINCIPEM.* Accedit Suetonius in Tiberio C. 42., dum ait: *postea PRINCEPS in ipsa morum correctione cum Pomp. Flacco & Lucio Pisonem notæm, continuèque biduum epulando, potandoque consumpsit: quorum alteri Syriam provinciam, alteri præfecturam urbis confestim detulit.* Jam verò Tacitus L. 6, Annal. C. 11. aperte tradit, *Pisonem in urbis præfectura viginti per annos pariter probatum Ænobarbo & Vitellio Coff. mortuum esse. Consulatus Cn. Domitii Ænobarbi, & M. Furii Camilli Scriboniani, sive A. Vitellii, qui Calendis Juniis in postremi locum suffectus est, concurrat cum anno V. Æ. 32. Inde si viginti subduxeris, habebis sequenti anno à Tiberio jam Principe, in ipsa publicorum morum correctione delectum urbi præfectum Pisonem.*

Eandem hanc Imperatoris Tiberii epocham Proconsularem tradunt Dionysius Alexandrinus, Geographus sub Augusto & Tiberio Principibus, Dio Cassius, Clemens Alexand. Tertullianus; eandem agnovit omnis Ss. Patrum antiquitas, quam mirum est à Criticis quibusdam deserui, ut nescio, quod, ex correctis toties, & adhuc emendandis tabulis astronomicis, posthumum tot sæculorum Calendarium Judæorum sibi fingant, & subscribant multò recentioribus Dionysii Exigui calculis, quos vel ipsi agnoscere debent non esse ab errore immunes. Sanè primorum sæculorum doctissimos scriptores, tam Christianos, quàm Gentiles, inscitæ arguere debent: cum illi fidei nostræ mysteria contra hos probaverint ab epochis, quas Gentiles in omnem intenti viam, quâ destruere possent, non detexerint falsas esse & erroneas.

Cæterum periodi, & correctionis Julianæ annos posthac

omittimus, quia exiguus eorum in sequentibus usus est, & facile deprehendi possunt ad Æ. V. annum datum addendo 45 pro correctionis, 4713 pro periodi annis adscribendis.

U.C.	Ol.	Æ.V.	A.I.	T.P.
765.	197.	12.	56.	2.
Urbis conditæ.	4. Olympiadis.	Æræ vulgaris.	Augusti Imperatoris.	Tiberii Proconsulari.
767.	198.	14.	58.	4.
	2.		1. Tiberii Augustæo.	

COSS. GERMANIC. CÆSARE,
C. FONT. CAPITONE.

De Pannoniæ, Dalmatiæ, Germaniæ domitis, sedatis populis Romæ triumphum jam biennio ob turbas varias dilatatum agit *Tiberius*; Germanico insignia tantum inscriptiones &c. decernuntur. *Tiberius* Censor publicos mores corrigit.

Vellej. Paterc. L.2. C.121.
Suetonius in Tiber. C. 20.

At verò Augustus senectute jam gravis, Germanicum senatui, senatum Tiberio, Collegæ suo, scripto commendavit.

Dio Cassius L.56. post med.

COSS. SEXTO POMPEJO,
SEXTO APULEJO.

Fatis concedit *Octavianus Augustus* Imperator, Nolæ in Campania, die 19. Augusti mensis.

Sexto Apulejo, Sexto Pompejo co. in Campaniam profectus *Augustus*, exhibito Neapoli spectaculo, Nolæ morti concessit. . . . Vita excessit 14. Cal. Septemb., quâ die quondam primum consulatum inierat. Vixit annos 75, menses 10, dies 26, siquidem natus est 9. Calend. Octobris.

Dio L. 56. sub medium.

Obiit

U. C.	Ol.	Æ. V.	A. I.	T. P.
767.	198. 2	14.	1.	4.
Urbis conditee.	Olympiadis.	Ætæ vulgaris.	Tiber. Augustæo.	Tiberii Proconsulari.

Obiit . . . duobus Sextis .
Pompejo, & Apulejo Coss. 14.
Cal. Septembris, hora diei
nonâ, septuagesimo sexto
ætatis anno.

Suetonius Cap. 100.

Cum omnem curam factâ
vincerent, Augustus in sua re-
solutus initia, Pompejo, Apu-
lejoque Coss. septuagesimo
sexto anno animam cælestem
cælo reddidit.

Vell. Patercul. L. 2. C. 123.

Hic (M. Ambivio) suc-
cessit Annii Rufus, quo præ-
sede Cæsar fato functus est . . .
præfuitque Reipublicæ annos
57. 6 mensibus amplius, &
diebus 2: in quo numero 14
sunt anni, quibus Antonius ei
fuit Imperii socius & parti-
ceps. Vixit autem annos 77.

Joseph. L. 17. Ant. C. 3.

Natus erat Octavian. Au-
gustus 22. Septemb. anni U. c.
691. Coss. C. Antonio, & M.
Tullio Cicerone. Cœpit à
morte avunculi tenere Impe-
rium ann. U. c. 710, iniit Tri-
umviratum cum Lepido &
Antonio ann. 711. Victor
evasit apud Actium ann. 723.
obiit ann. U. c. 767; regna-
vit itaque ab obitu Julii Cæ-
saris annis 57: à Triumvira-
tu constituto ann. 56: à pug-
na Actiaca annis 44. Josephus
itaque anno integro & men-
se uno in computu suo abun-

U. C.	Ol.	Æ. V.	A. T.	T. P.	
767.	198. 2.	14. Æræ vulgaris.	1. Tiber. Augustæo.	4. Tiber. Proconsulari.	dat: deficit 2 diebus, & idem tamen alibi tam frequenter & constanter res gestas Augusti suis correctissimis numeris absovit, locum proinde ejusdem esse correptum, suspicari licet, quod de mense jam apprehendit Scaliger, & Dionem, cum, ut solet, Josephum hic præ oculis habuit, legisse: præfuitque Reip. ann. 57, mens. 5, dies 4. Vixit autem annis 76. [DRUSO CÆSARE, Coff.] C. NORBANO [FLACCO. Mox hujus anni initio, vel in fine præcedentis, alium Judææ procuratorem sufficit Tiberius. Tiberius Nero privignus (Augusti) successit, julia filius.... à quo quintus, (vel P. Quirinium, vel alium, quem silentio premit, adnumerat:) judæorum præses missus est in Annii Rufi locum Valerius Gratus. Jof. L. 18. Antiq. C. 3. [M. ASINIO AGRIPPA, Coff.] C. CORNELIO [LENTULO. Anni hujus initio venit in Judæam procurator Pilatus. His ita Gestis Gratus Romam repetit, in Judæa exactis annis XI. cui deinde Pontius Pilatus successor missus est. Jof. L. 18. Antiq. C. 12.
768.	198. 3.	15.	2.	5.	
778.	201. 1.	25.	11.	14.	

Urbis conditæ.

Olympiadis.

Æræ vulgaris.

Tiber. Augustæo.

Tiber. Proconsulari.

dat: deficit 2 diebus, & idem tamen alibi tam frequenter & constanter res gestas Augusti suis correctissimis numeris absovit, locum proinde ejusdem esse correptum, suspicari licet, quod de mense jam apprehendit Scaliger, & Dionem, cum, ut solet, Josephum hic præ oculis habuit, legisse: præfuitque Reip. ann. 57, mens. 5, dies 4. Vixit autem annis 76.

[DRUSO CÆSARE,
Coff.] C. NORBANO
[FLACCO.

Mox hujus anni initio, vel in fine præcedentis, alium Judææ procuratorem sufficit Tiberius.

Tiberius Nero privignus (Augusti) successit, julia filius.... à quo quintus, (vel P. Quirinium, vel alium, quem silentio premit, adnumerat:) judæorum præses missus est in Annii Rufi locum Valerius Gratus.

Jof. L. 18. Antiq. C. 3.
[M. ASINIO AGRIPPA,
Coff.] C. CORNELIO
[LENTULO.

Anni hujus initio venit in Judæam procurator Pilatus. His ita Gestis Gratus Romam repetit, in Judæa exactis annis XI. cui deinde Pontius Pilatus successor missus est.

Jof. L. 18. Antiq. C. 12.

U.C.	Ol.	Æ. V.	T.A.	T. P.
778.	201. 1.	25.	11.	14.
Urbis conditæ.	Olympiadis.	Ætæ vulgaris.	Tib. Augustæo. 12.	Tiberii Proconf. 15.
779.	201. 2.	26.	12.	15.

Anno quintodecimo imperii (proconsularis :) Tiberii Cæsaris, qui inchoatur à 28 Augusti quo die solenni videtur Tiberius ab Augusto in collegam imperii assumptus ante annos 14.) procurante Pontio Pilato judæam.... sub Principibus sacerdotum Anna : (alias Annano, quem Valer. Gratus Gradu dejecerat :) & Caiapha : (alias Caiapha, quem dictus valerius, antequam provinciâ excederet, Simoni Pontificem substituerat :) factum est Verbum Domini super Joannem, Zachariæ filium in deserto, & venit in omnem regionem jordanis prædicans &c.

Luc 3. V. 1. — 18. Mat. 3. V. 1. — 12. Marc. I. V. 1. — 8.

[LENTULO GE-
TULICO,
Coff. [C. CALVISIO
SABINO.

Die 6 januarii, ut constans habet in fastis, Ecclesiasticis consignata traditio, Jesus à Joanne in Jordane Baptizatur, anno ætatis ejus 30 corrente.

Mat. 3. V. 13. 17. Mar. 1 V. 9. 11.

Et ecce Jesus baptizatur apertum est cælum, aëreus alto hiatu, & descendit Spiritus Sanctus corporali sp.

U.C.	Ol.	Æ.V.	T.A.	T.P.
779	201. 2.	26.	12.	15.
Urbis conditæ	Olympiadis.	Eræ vulgaris.	Tiberii Augustææ.	Tiberii Proconfulari.
			Pascha Christi I.	

cie, non in carnis columbi-
næ veritate, sed sicut colum-
ba in ipsum.

Luc. 3. V. 21. 22.

Et statim spiritus, uti-
que bonus, expulit eum,
volentem, in desertum, ubi
transacto 40 dierum jejunio,
postea vere esuriit, & acce-
dens tentator, ignorans ejus
divinitatem, eum tentat tri-
plici tentatione, eaque non
ludricâ, & phantasticâ, sed
reali, & extrinsecâ.

Mar. 1. V. 11. Math. 4. V. 1.

Finitâ tentatione Joannes
testimonium perhibet de
Christo. Exinde Jesum secuti
sunt tres discipuli, & postri-
die Philippus cum Natha-
naele, quem à Bartholomæo
non distinguimus.

Joann. 1. V. 15. 35. 45.

Die porro tertid, forte à
vocatione Philippi, circa fi-
nem februarii, nuptiæ factæ
sunt in Cana Galilææ, ubi
fecit initium signorum Jesus.

Joann. 2. V. 1. 11.

Sponsum in his Nuptiis
fuisse Joannem Evangelistam,
obscurum figmentum est.

Post hæc descendit Ca-
pharnaum. unde, dum prope
erat Pascha Judæorum,
ascendit Jesus Jerosoly-
mam, ubi divino actus Zelo
vendentibus templo ejicit, Ju-
dæisq; autoritatis suæ in-

U. C.	Ol.	Æ. V.	T. A.	T. P.
779.	201. 2.	26.	12.	15.
Urbs conditæ.	Olympiadis.	Æræ vulgaris.	Tiberii Augustæo.	Tiberii Proconfulari.

diciam cedit. *Et multi crediderunt in eum, quorum unus Nicodemus noctu ab eo instruitur. dein in Judæa cum discipulis suis demoratur, & Baptizat Joanne Baptizante in Ænon juxta salim.*

Joann. 2. V. 12. 25.

Joann. 3. V. 1. 23.

*Eodem tempore: (procu-
rante Judæam P. Pilato:) fuit Jesus, vir sapiens, sed tamen virum eum fas est dicere. Erat enim mirabilium operum patrator, & doctor eorum, qui libenter vera suscipiunt: plurimosque tam de Judæis, quam de gentibus sectatores habuit.*

Joseph. L. Ant. 18. C. 4.

Ad hunc etiam, annum pertinent incestuosæ *Herodis Antipæ* nuptiæ, circa quas ita *Josephus* mox sub ipso præfecturæ *Pilati* initio.

Herodes tetrarcha uxorem habebat Aretæ filiam, cum qua jam multo tempore convixerat. Romam deinde iter faciens divertit ad Herodem, (alias Philippum, non tetrarcham illum Galilææ, de quo L. 3. sed alium Herodis M. filium, vel privata fortuna utentem vel dynastiæ cujusdam ignobilioris dominum:) & Antipæ fratrem, sed genitricem

U.C.	Ol.	Æ.V.	T.A.	T.P.
779. Urbis conditæ.	201. 2. Olympiadis.	26. Æræ vulgaris.	12. Tiberii Augustæ.	15. Tiberii Proconsulari.
780.	201. 3.	27.	13.	16.

natum alia, Simonis Pontificis filia. Hujus uxoris Herodiadis amore captus, quæ erat Aristobuli Communis: (Antipæ & Philippo:) fratris filia, & Agrippæ majoris: (qui post privatam vitam ad solium ascendit:) soror. Ausus est & de impetrando ejus conjugio mentionem facere: quâ assentiente, convenit inter eos, ut quam primum ille Roma reverteretur in patriam, mulier migraret in ejus domicilium.... Post hæc Romam navigat, ubi postquam expedivit negotia, propter quæ venerat, domum reversum uxor, cui pactum cum Herodiade de se repudianda innotuerat, callidè præoccupat, & deditur maritum, qui Herodiadem superinducit.

Joseph. L. 18. Ant. C. 7.

Die 19. mensis Augusti, anni hujus terminatur annus 12. Augustæus, velut & die ejusdem mensis sextilis 28. annus Proconsularis 15. Tiberii.

[M. LICINIO CRASSO,
Coss [L. CALPURNIO
PISONE.

Hoc anno mittitur in carcerem Joannes ab Herode, cujus incestuosas nuptias infectabatur.

Marc. 6. V. 17. 29.

U.C.	Ol.	Æ.V.	T.A.	T.P.
780.	201. 3.	27.	13.	16.
Urbis condita.	Olympiadis.	Æræ vulgaris.	Tiberii Augustæo.	Tiberii Proconsulari.
				Pascha J. C. II.

Cum autem audisset Jesus quod Joannes traditus esset, secessit in Galilæam.
Mat. 4. V. 12.

In via ad urbem Sichar, mulieri Samaritanæ colloquitur. Biduo cum Samaritanis versatus, iter profectus in Galilæam. A Galilæis læto plausu exceptus, Canam Galilææ repetit, sanaturque absentem filium Reguli. Vocatis inde, ad mare Galilææ Petro & Andrea Jacobo & Joanne, cum iis descendit, habitatque Capharnaum. Sanato illic in Synagoga dæmoniaco, ad Petri domum digressus, hujus focum curat sub meridiem, & vesperi omnes ibi confluentes. Postea hæmorrhoiissa curata, mortuam Jairi filiam resuscitat.

Joann. 4. V. 1. 34.

Mar. 1. V. 14. 21. 26. 31. 32.

Mat. 9. V. 22. 25.

Luc. 8. V. 45. 55.

Posthæc erat dies festus Judæorum (Paschalis nempe) & ascendit Jesus Jerusalem.

Joann. 3. V. 1.

Ad probaticam piscinam sanat languidum. Sabbatho secundo primo, illo nimirum quod infra Pentecosten occurrebat, discipulos velentes spicas, à Sabbathi transgressione defendit, quod

U. C.	OL.	Æ. V.	T. A.	T. P.
789.	201. 3. Olympiadis.	27. Æræ vulg. is.	13. Tiberii Augustæo.	16. Tiberii Proconsulari.
181	201. 4.	28.	14.	17.

Urbis conditæ.

inde transiens, curatione manûs aridæ confirmat. Sciens autem Jesus, quod contra se Pharisæi consilium inirent cum Herodianis, secessit ad mare Galilææ. Plurimis curatis ascendit in montem, eligit 12 Apostolos, & in loco montis campestri celeberrimum illum Sermonem habet. A concione divertens *Capharnaum*, mundat leprosum. Urbem ingressus servum centurionis paralyti liberat. *Naim* contendens, unigenitum viduæ ad vitam revocat.

Joann. 5. V. 9.
Mat. 12. V. 1. 3. 13. 15.
Mat. 5. V. 1.
Mat. 3. V. 3. 13.
Luc. 7. V. 15.

Coff. [AP. JUNIO SILANO,
P. SILIO NERVA.
Hæc autem & alia opera Christi, cum audisset Joannes in vinculis, legatos mittit ad Christum, qui magifico elogio præcursoris sui virtutem commendat.

Mat. 11. V. 2. 14.

Rogabat autem Jesum quidam de Pharisæis ut manducaret cum illo. Et ecce mulier in civitate peccatrix (Soror Marthæ & Lazari) ungit pedes ejus.

Luc. 7. V. 38.

Jesus

U.C.	Ol.	Æ.V.	T.A.	T.P.
781.	201. 4.	28. Æræ vulg.	14. Tib. August.	17. Tib. Proconf.
Urbis cond.	Olympiadis.		Pascha J. C. III.	

Jesus Paulò ante Pascha
*trans mare Galilææ, quod
est Tiberiadis*, quinque mil-
lia hominum pascit, ex quin-
que panibus et duobus pis-
cibus prodigiòse multipli-
catis.

Mat. 14. V. 13. 21.

Mar. 6. V. 31. 44.

*Erat autem proximum
Pascha, dies festus Judæo-
rum.*

Joann. 6. V. 4.

Ad illud si Christus ascen-
derit, ut dubitare non licet,
Jerosolymis non diu mora-
tus, venientes inde Phari-
sæos, legis divinæ per tra-
ditiones hominum violatæ,
convincit. Ad confinia tyri
digressus, ac mulieris Syro-
phænissæ filiâ à Dæmonio
liberatâ, venit ad mare *Gal-
ilææ inter medios fines de-
capoleos*, ubi præter alios,
surdum & mutum sanat.
Commiseratione ductus 7
panibus 4000 hominum sa-
tiat, iisque dimissis venit in
Magedan ubi Pharisæis aliud
negat signum, nisi illud *Jo-
næ prophetæ*. In itinere *Beth-
saidam* versus, discipulos à
fermento Pharisæorum ca-
vere jubet, cæcoque extra
vicum ducto, visum sensim
restituit. In partibus *Cæsareæ*

V.C.	Ol.	Æ.V.	T.A.	T.P.	
781.	201. 4.	28.	14.	17.	<i>Philippi primatum promittit Petro, discipulisque mortem suam, & resurrectionem prædicit. Post sex dies transfiguratus in monte Thabor, postridie à lunatico dæmonium pellit.</i>
Urbis conditæ,	Olympiadis.	Æræ vulgaris.	Tiberii Augustæo.	Tiberii Proconsulari.	Joan. 6. V. 4. Math. 15. V. 1. 20. 39. Marc. 8. V. 27. 39. Mat. 16. V. 18. Luc. 9. V. 28. In die natali <i>Herodis Antipæ</i> sollicitatione <i>Herodias</i> capite truncatur præcursor Domini. Ecclesia tum græca, tum latina jam à primis sæculis festum decollationis S. Joannis die 29. Augusti in sacris fastis congnavit. <i>Apud Judæos fuit opinio, justâ ultione Numinis deletum Herodis exercitum, propter Joannem, qui Baptista cognominatus est. Hunc enim Tetrarcha necavit virum optimum, Judæos excitantem ad virtutum studia, & imprimis pietatis ac justitiæ, simulque ad Baptismi lavacrum. . . . Cùmque magni concursus ad eum fierent, plebe talis doctrinæ avida, Herodes veritus, ne tanta hominis autoritas defectionem aliquam pareret, quod viderentur nihil non facturi ex ejus consilio judicavit satius esse, priusquam novi aliquid</i>

U. C.	Ol.	Æ. V.	T. A.	T. P.
781.	201. 4.	28.	14.	17.
Urbis conditæ.	Olympiadis.	Æræ vulgaris.	Tiberii Augustæo.	Tiberii Proconsulari.

exoriretur, illum tollere, quàm rebus turbatis seram pœnitentiam agere. Itaque vinctum missum in Machæruntem... illic occidi imperat, quod factum secuta est Judæorum existimatio, ab irato Deo perditum esse Herodis exercitum.

Joseph. L. 18. Ant. C. 7.

Quamvis minima hæc fuerit, quam allegat, tanti sceleris causa.

Jesus in occulto ascendit Jerosolymam ad festum *Scenopegiæ*, five *tabernaculorum* mense Octobri. Festo, quod octo diebus protrahebatur, medio comparet, & docet in templo, ibique die ultimo festivitatis prædicans varios de se excitat sermones, & judicia.

Joann. 7. V. 10. 13.

Postridie docenti in templo ad iudicium affertur à Scribis & Pharisæis, mulier deprehensa in adulterio.

Joann. 8. V. 1. 11.

A natiuitate cœcus à Christo illuminatur.

Ibid. 9. V. 1. 41.

Jesus rediens in Galilæam hospitio excipitur apud *Martham & Mariam*.

Luc. 10. V. 28. 42.

U.C.	Ol.	Æ. V.	T.A.	T.P.	
781.	201. 4.	28.	14.	17.	Nuntium accipit, quod <i>Herodes</i> quærat illum interficere. Luc. 13. <i>V.</i> 31. 35. Excedit Galilæâ, ditione <i>Herodis</i> , non amplius eò reverturus. Marc. 10. <i>V.</i> 1. Math. 19. <i>V.</i> 1. Venit Jerosolymam ad festum <i>Dedicationis, Encæniorum</i> , sive <i>Purificationis templi per Judam Machabæum</i> , quod in diem 25. mensis <i>Casleu</i> , medium Decembrem nostrum incurrebat & <i>hyems erat, & ambulabat...</i> <i>Jesus in Porticu Salomonis</i> , ubi, cùm acriter Judæorum incredulitatem exagitasset, volentium lapidare, & apprehendere manibus egressus, recedit trans Jordanem in <i>Bethaniam</i> , ubi <i>Joannes</i> baptizaverat, & quò illum sequitur multitudo populi. Math. 29. <i>V.</i> 1. 2. Marc. 10. <i>V.</i> 1. Joan. 10. <i>V.</i> 22. 42.
782.	202. 1.	29.	15.	18.	[C. FUSIO GEMINO, Coff. [L. RUBELLIO [GEMINO. Est annus hic sæculis omnibus memorabilis, Periodi Julianæ 4742, Æræ Julianæ 74, ætatis JESU CHRISTI 33, & vitæ ultimus.
	Urbis conditæ.	Æræ vulgaris.	Tiberii Augustæo.	Tiberii Proconsulari.	

U.C.
782.

Urbis conditæ.

Ol.
202.
1.

Olympiadis.

Æ.V.
29.

Ære vulgaris.

Menſe
Janua-
rio

Menſe
Martio

Die 18.

Die 20.

In Bethania tranſjordanica agen-
ti Chriſto, nuntiatur Lazari infir-
mitas. Biduo poſt moritur Lazarus :
Jeſus ad reſuſcitandum illum, *re-
dit in Judæam iterum.*

Joann. II. V. I. 16.

Poſt quatuor ferè dies impenſos
itineri venit in Bethaniam, & *La-
zarum* quatuor jam dies mortuum
& ſepultum, ad vitam revocat.

Ibid. V. 17, 44.

Dum miraculi celebritate percul-
ſa Synagoga de Jeſu perdendo de-
liberat, ipſe ſecedit *in regionem
juxta deſertum, in civitatem, quæ
dicitur Ephrem.*

Ibid. V. 54.

Jeſus ex Ephrem cum duode-
cim Apoſtoliſ ſecretò egreſſus, in
Itinere Jerofolymam verſùs præ-
dicit instantem paſſionem ſuam. Pe-
titio matris filiorum Zebedæi, il-
luminatio cæcorum in agro jeri-
chuntino, Zacchæi converſio.

Mat. 20. V. 17. 34.

Marc. 10. V. 32. 52.

Luc. 18. V. 31. 19. V. 10.

*Ante ſex dies Paſchæ venit Be-
thaniam, ubi poſtridie in domo Si-
monis leproſi cum Lazaro cœnat ;
miniſtrat Martha : ungit Maria :
murmurat Judas.*

Joann. 12. V. 1. 9.

In craſtinum venit Bethphage ad
montem Oliveti, veſtùſque afinâ
& pullo, triumphali ritu Jerofoly-
mam ingreditur, ubi ejeſtis denuò
è templo vendentibus, cæcos fa-
nat, & claudos.

U.C.	Ol.	Æ.V.	Mense
782.	202.	29.	Martio
Urbs condita.	I. Olympiadis.	Æræ vulgaris.	Die 21.
			Die 22.
			Die 23.
			Die 24.
		Luna 14 Mensis Nisan	
		Pascha J. C. IV. & ultimum.	

Math. 21. \bar{V} . 7. 16.
 Marc. 11. \bar{V} . 7. 16.
 Joann. 12. \bar{V} . 12. 50.

Vesperis Bethaniam redux, manè Jerosolymam repetens, esurit: maledicit ficulneæ mox arefcenti, templum adit, unde vesperi Bethaniam redit.

Math. 21. \bar{V} . 18. 19.
 Marc. 11. \bar{V} . 12. 14.

Die 22. Alterâ die, mirantibus in via discipulis ficulneam arefactam, orationis efficaciam tradit: in templo docet, Pharisæos, & Saducæos confutat, discipulisque templi structuram extollentibus, ejusdem, ac totius urbis excidium prænuntiat.

Math. 21. \bar{V} . 23. 23. \bar{V} . 12.
 Luc. 21. \bar{V} . 4. 6.

Die 23. Biduo ante Pascha Principes Sacerdotum adit Judas Iscariotes, & de tradendo Jesu paciscitur.

Math. 26. \bar{V} . 14. 16.
 Marc. 14. \bar{V} . I. II.

Die 24. Feriâ quintâ, & primo die azymorum, per Synecdochen, quando Pascha ab hora tertia pomeridiana immolabant Judæi, cum ritibus lege præscriptis postea edendum, dicunt ei discipuli, quod vis, eamus & paremus tibi, ut manduces Pascha?

Marc. 14. \bar{V} . 12.

Vespere autem factio, post solis occasum, secundum legem venit cum duodecim ad coenaculum grande stratum, ibique agnum paschalem comedit Jesus.

Luc. 22. \bar{V} . 7. 38.

V.C.	Ol.	Æ. V.	Mense
782.	202.	29.	Martio

Urbis condite.

Olympiadis.

Æræ vulgaris.

Die. 24.

Joan, 13. V. 18.

Surgens à cœna cœpit lavare pedes discipulorum; proditorem insinuat. Ad cœnam redux accepit panem, & gratias agens, benedixit, fregit, deditque discipulis dicens: *Hoc est corpus meum*, & calicem dicens: *Hic est sanguis meus*; proditorem jam indicat iterum, qui porrectâ sibi buccellâ, Joanni signatus exiit continuò, facturus cito, quod facit.

Hymnòque dicto, humiliatâ de Primatu contentione, prædictâ suorum fugâ & trinâ Petri negatione, habito ad discipulos sermone, *egressus est cum illis trans torrentem Cedron*, in hortum *Gethsemani*, ubi adsumtis transfigurationis sociis, *cœpit pavere, & tædere*, ac post prolixam orationem ab Angelo confortatus, à Juda osculo proditus, à submissis Ministris, prius miraculosè prostratis, sub mediam noctem est comprehensus.

Math. 26. V. 17. 29. 30. 50.

Marc. 14. V. 12. 49.

Luc. 22. V. 7. 53.

Joan. 13. V. 1. 18.

Tunc discipuli ejus relinquentes eum, omnes fugerunt, Jesusque vinctus pertrahitur ad *Annam primum*, dein ad *Caipham Pontificem*, in cujus domo ter à Petro negatus, alapâ percussus, & à *Caipha* adjuratus filium Dei se profitetur. Dimisso cœtu Jesus militum licentiæ permissus, variis contumeliis afficitur.

Math. 26. V. 56. 75.

Marc. 14. V. 50. 72.

U.C.	Ol.	Æ.V.	Mense
782.	202.	29.	Martio
	1.		Die 25.

Urbis conditæ.

Olympiadis.

Æræ vulgaris.

Luc. 22. v. 53. 65.
Joan. 18. v. 1. 27.

Mane autem facto, coram universo Concilio reus mortis proclamatus, trahitur ad *Pilatum*; desperat Judas, projicit argenteos, se suspendit. Examinatus à *Pilato* Jesus declaratur innocens, mittitur ad *Herodem*, inde reducitur ad *Pilatum*, qui tandem flagellatum sub undecimam matutinam *Judæis* tradidit ad crucifigendum.

Math. 27. v. 1. 31.

Marc. 15. v. 1. 19.

Luc. 23. v. 1. 25.

Joan. 18. v. 28. — 19. v. 16.

Sub horam duodecimam Salvator mundi, medius inter duos latrones affigitur cruci, in qua sub tertiam pomeridianam tradit spiritum. Velum templi scinditur, terra tremit; centurio convertitur, populus pœnitet, latronum crura franguntur, latus Christi aperitur,

Math. 27. v. 55. 66.

Marc. 15. v. 40. 47.

Jesu sacrum corpus sepelitur ante sextam vespertinam. Custodes à Synagoga sepulchro apponuntur.

Luc. 23. v. 49. 56.

Die 27.

Sub horam quartam matutinam gloriosa Jesu Christi Triumphatoris Resurrectio. *Maria Magdalene* ante diluculum egressa, paulò post, cum adhuc tenebræ essent, pervenit ad monumentum, quod, cum vacuum reperit, consternata recurrit ad Apostolos. Advolant *Petrus* & *Joannes*, qui lustratis bene omnibus

U. C. Ol. Æ. V. Mense
782. 202. 29. Martio
1. Die 27.

Urbis conditæ.

Olympiadis.

Æræ vulgaris.

nibus redeunt. Relictæ ibidem
Magdalene apparent Angeli, a
mox ipse Christus.

Mat. 28. v. 1. 4.

Marc. 16. v. 9.

Joan. 20. v. 1. 17.

Revertente ad Apostolos *Magdalena*, sub horam sextam ad se-
pulchrum veniunt aliæ Sanctæ mu-
lieres orto jam sole. Angelorum
cum illis colloquium. Revertenti-
bus, & fortè *Magdalenen* jam af-
secutis, videndum se præbet Jesus
quid sibi contigerit, discipulis nun-
tiant.

Luc. 24. v. 1. 10.

In meridie comitatur Jesus di-
cipulos euntes in *Emmaus*; illi
redeuntibus, *Petro*; reversis con-
gregato Apostolorum collegio
Thoma absente, apparêt.

Luc. 24. v. 13. 47.

Joan. 20. v. 19. 25.

Aprilis
Die 3.

Et post dies octo iterum erant
discipuli ejus intus congregati
non jam jerosolymis, sed in Ga-
lilæa, & *Thomas* cum illis; ven-
Jesus januis clausis, &c.

Joan. 20. v. 26. 29.

Postea manifestavit se iterum
Jesus discipulis ad mare Tiberiadi.

Ibid. 21. v. 1. 23.

Apparet plusquam quingentis
fratribus in Monte Galilæa, dein-
de visus est *Jacobo*.

Marc. 16. v. 9. 16. I. Cor. I.

v. 6. 7.

Maji
Die 5.

Discipulos in montem olivaru

E

U.C.	Ol.	Æ. V.	Maji Die 5.	
782.	202. 1.	29.		educit, & ipsis cernentibus elevatur in Cælum. Luc. 24. v. 3. 51. Christus hic erat, quem accusatum à nostræ gentis principibus, Pilatus cum addixisset cruci, nihilominus non destiterunt eum diligere, qui ab initio cœperant. Apparuit enim eis tertiâ die vivus, itâ ut divinitus de eo vates hoc & alia multa miranda prædixerunt: & usque in hodiernum, Christianorum genus ab hoc denominatum non deficit. Jof. L. 18. Ant. C. 4, Die 15. Maji, feriâ 1., quinquagesimâ secundum legem præscriptâ, quâ Judæi Pentecosten celebrabant, descendit Spiritus sanctus mirabilem operator in Apostolos. Act. C. 2. v. 1. Die 26. Decembris lapidatur S. Stephanus. Ibid. Cap. 7.
		Æ. V. 29.	T. A. 15.	P. C. 1.
	Olympiadis.	Æræ vulgaris.	Tiberii Augusti.	1. à Passione Christi.
783.	30.	16.	2.	Coff. [C. CAS. LONGINO. M. VINICIO. Persecutio contra Ecclesiam. Dispersis reliquis manent Apostoli Jerosolymis. Prædicat Philippus in Samaria: eò mittuntur Petrus, & Joannes. Simon Magus pecuniam offert emendæ virtuti miraculorum. Conversio Eunuchi Reg. Candacis. Act. C. 8.
784.	31.	17.	3.	Coff. [TIBERIO AUG. V., L. ÆLIO SEJANO. Conversio mirabilis Sauli die 25. Januarii. Ejus discessus in Arabiam, vicinam regionem, reditus Damaf-

Urbis condita.

U.C.	Æ.V.	T.A.	P.C.	
784.	31.	17.	3.	cum, quibus omnibus impenſi dies multi, imò anni tres. Act. 9. v. 1. 23. Gal. 1. v. 17. 18.
786.	33.	19.	5.	Coff. [SER. Sulp. GALBA, L. SULLA FELICE. Hoc vel præterito anno fundat S. Petrus Cathedram Antiochenam. Sedit Antiochiæ annis 7. S. Hieron. in Catal. Acta Ss. tom. 4. Jul. pag. 4. n. 15.
Urbis conditee.	Æræ vulgaris.	Tiberii Auguſti.	à Paſſione Chriſti.	
787.	34.	20.	6.	Coff. [PAULO FABIO PRISCO, L. VITELLIO NEPOTE. Præſenti vel ſequenti anno poſt annos tres à converſione, venit Paulus Jeruſolymam videre Petrum. Act. 9. v. 26. 28. Tunc etiam Philippus Herodis (Antipæ) frater diem ſuum obiit anno Tiberii principatûs XX, cum ipſe præſuiſſet XXXVII. annis Trachonitidi & Gaulanitidi, ac Bataneæ, vir perpetuò modeſtus, & amator quietis, ac otii. Ab anno nimirum tertio ante Æram vulg., quo eodem pater ejus Herodes M. obiit. Joſeph. L. 18. Ant. C. 6.
788.	35.	21.	7.	Coff. [C. CESTIO GALLO, M. SERVILIO NONIANO. Vitellius, Marcello amico ad procurationem Judææ miſſo, Pilatum juſſit Romam proficiſci, reſponſurum apud Cæſarem ad objecta per Judæos crimina. Ita ille decem annis exactis in ſua provincia, cum neceſſe haberet parere Vitellio, ad urbem iter ſuſcepit, quò priuſquam perveniret, vitâ exceſſit Tiberius. Joſeph. L. 18. Ant. C. 5.

U.C.	Æ. V.	T.A.	P.C.
788.	35.	21.	7.
692.	37.	23.	6.

692.
Urbis conditæ.

37.
Æræ vulgaris.

23.
Tiberii Augusti.

6.
à Passione Christi.

Cajii Caligula. 1.

Ecclesia per totam Judæam, & Galilæam, & Samaritam pacem habebat. Petrus lustrat omnes Ecclesias.

Act. 9. V. 31. 32.

Coll. [CN. ACER. PROCULO,
C. PONTIO NIGRINO.
Moritur Tiberius Cæsar die 16. Martii.

Suet. in Tiber. C. 16.

Tacit. L. 6. Ann.

Tiberius Cajo successore sibi designato post paucos dies obiit, cum vixisset in Imperio annis 22, mensibus 5, diebus 13, à morte Octav. Augusti. A tempore, quo Collega Imperii assumtus fuit, annos XXVI. (alias XXV.) menses VI.

Joseph. L. 18. Ant. C. 8.

Clem. Alexand. L. 1. Strom.

Succedit Cæsar Caligula, Germanici filius.

Post quem (Tiberium) Cæsar Republicæ præfuit, quartus in Imperatorum serie.... Cæterum Cæsar Romam reversus, Tiberii simul corpus referens more solenni funus celebravit... & cum vellet Agrippam eadem die solutum dimittere, monitu Antonice supersedit.... Elapsis tamen non multis diebus... imposito in ejus caput diademate, Tetrarchicæ, quæ Philippi fuerat, Regem constituit, adjeciâ Lyjanicæ quoque Tetrarchiâ... in Judæam autem Marullum misit præsidem.

Joseph. L. C.

Circa hunc annum contigit conversio centurionis Cornelii.

Act. 10.

U.C.	Æ.V.	C.C.	P.C.
790.	39.	1.	9.
Urbs condita	Ætæ vulgaris.	Caji Caligulae.	à Passione Christi.

Auditis prodigiis, quæ *Corneliis* baptismum præcesserant, & consecuta fuerant, & revelatione *Petro* factâ de gentilibus ad Ecclesiam admittendis, illis etiam prædicatur Evangelium Antiochiæ, ubi pluri-
mi convertuntur. Tarso *S. Paulum* eò accersit *Barnabas*, cum eoque annum integrum conversatur Antiochiæ, ubi florente Ecclesiâ, discipuli primùm vocantur Christiani.

Act. II. V. 1. 26.

Mathæus, qui & *Levi*, ex *Publicano Apostolus*, primus inter eos, qui ex circumcissione crediderant, Evangelium Christi composuit.

S. Hieron. L. de Script. Eccles.

793.	40.	3.	12.
------	-----	----	-----

Coff. [CAJO AUG. III.,
M. COCCEJO NERVA.

Fundatio Cathedræ Romanæ per *S. Petrum*. Adventus *S. Jacobi* in Hispaniam. Vide infra ad annum Æ. v. 65. *Ss. Petro & Paulo* emortua-
lem.

Antiochiam superveniens hoc vel sequenti anno *Agabus* Propheta vaticinatur, famem magnam futuram sub *Claudio*.

Act. II. V. 27.

794.	41.	4.	13.
------	-----	----	-----

Coff. [CAJO AUG. IV.,
CN. SENT. SATURNINO.

S. Petrus primam dat Romæ ad dispersos undique fideles epistolam, mittitque per *Silam*.

Cajus Caligula IX. Cal. Februarias occiditur. *Vixit annis XXIX: imperavit triennio, & X. mensibus, diebusque octo.*

Sueton. in Cal.

Ita Cajus quarto sui principatus

I. C.	A. V.	C. C.	P. C.
94	41.	4.	13.
Urbs condita.	Herae vulgaris.	Claudii Imper. 1.	a Passione Christi.

anno finiit, vir & ante principatum maleficus &c.

Joseph. L. 19. Ant. C. 1.

Cajo Caligulae succedit Claudius, ejus patruus. Ejus tempore frequenter Imperium summam annonae penuria laborabat.

Sueton. in Claudio.

Optimum visum est rebus adhuc turbatis principem eligere Claudium, defuncti patrum, nemini eorum, qui tum in Senatum convenerant, non praefendum.

Joseph. L. C.

Hoc pariter anno Marcus discipulus & interpres Petri . . . breve scripsit Evangelium, quod, cum Petrus audisset, probavit, & Ecclesiae legendum suam auctoritate dedit.

S. Hieron. L. de Script. Eccles.

Coff. [L. QUINT. CRISPINO,
[M. STATILIO TAURO.

Occiso ante Pascha, (vel anno forte priori, mense julio :) Hierosolymis S. Jacobo Zebedaei filio ibidem ab Herode Agrippa carcere clauditur S. Petrus, indeque ab Angelo liberatur. Non diu post Rex impius pudenda de caelo morte punitur.

Actor. Cap. 12.

Cruciatu per continuos quinque dies nihil se remittente confectus, vitam finiit: (Agrippa Rex,) annum natus quartum supra quinquagesimum, postquam regnasset per septennium. Quatuor enim annos sub Cajo Caesare obtinuit regnum: primum in Philippi Tetrar-

97

41

4

16

U.C.	Æ.V.	C. I.	P.C.
797.	44.	4.	16.
Urbis conditæ.	Æræ vulgaris.	Claudii Imperatoris.	a Passione Christi.

chia per triennium, cui quartum demum anno accessit & Herodii Tetrarchia. Tribus deinde annis sub Claudio Cæsare præter, jam dictam ditionem, in Judæa quoque regnavit, & Samaria, simulque Cæsarea..... Cæsar præsidem Judææ, totiusque regni, misit Cuspium Fadum, &c.

Joseph. L. 19. Ant. C. 7.

Sub hoc tempus contigit fames dirissima, ab Agabo prædicta.

Act. II. V. 29.

Nuper etiam non longe ante Judaicum bellum principatu Claudii... Cum tam valida fames regionem nostram premeret, ut assaron quatuor drachmis vœniret, nemo tamen sacerdotum ausus est... Tanta egestate premente, &c.

Joseph. L. 3. Ant. C. 13.

Fado autem successit Tiberius Alexander..... Horum tempore magna illa fames Judæam tenuit, quando Regina Helena frumentum ingenti sumtu ex Ægypto comparatum in egenos distribuit.

Idem. L. 20. C. 3.

Cum fames, de qua Josephus, ab anno quarto & quinto Claudii potissimum Judæam presserit, sub hoc tempus Paulus & Barnabas eleemosynas Jerosolymas detulerunt.

Act. II. V. 30. — 12. V. 25.

Paulus & Barnabas reversi cum Joanne Marco Antiochiam, segregantur à Spiritu S. Apostoli ad gentes. Prædicant Evangelium in

U. C.	Æ. V.	C. I.	P. C.
797.	44.	4.	16.
Urbis cond.	Æræ vulgar.	Claudii Imp.	à Passione C.
802.	49.	9.	21.

*Cypro, Pamphylia, Pisidia, Lycro-
nia; unde per easdem provincias
reversi, confirmatis ubique discipu-
lis ex Attalia trajiciunt in Syriam;
reversique Antiochiam, morati sunt
tempus non modicum cum disci-
pulis.*

Actor. 13. & 14.

Coff. [C. POMPEJO GALLO,
Q. VERANIO.

*Tiberio Alexandro successit Cu-
manus... Octavo anno principatus
Claudii.*

Joseph. L. 20. Ant. C. 3.

*Claudius Judæos, impulsore
Chresto assidue tumultuantes, Roma
expulit.*

Sueton. in Claud. C. 25.

*Compellente Claudii edicto, Pe-
trus Româ excedit, & redit in
Palesinam; Priscilla, & Aquila
morati tantisper in Italia navigant
in Asiam.*

Actor. 18. §. 2.

*Superveniunt à Jerosolymis An-
tiochiam Doctores, nimium legi
Moyseicæ devoti, atque inter hos
Cephas. Dissensiones inde Oriun-
tur. Paulus judaizantem exemplo
Cepham acriter reprehendit. Cum
vel sic ingravesceret etiamnum ex
discordia malum, Paulus revela-
tione divina evocatur Jerosoly-
mam, quò simul destinatur cum
Barnaba, Tito, & aliis ab Ecclesia
Antiochena, ut super quæstione
exorta judicium Apostolorum ex-
quirant.*

Actor. 15. §. 1. 4.

Deinde

U. C.	Æ. V.	C. I.	P. C.
802.	49.	9.	21.
Urbis conditæ.	Æræ vulgaris.	Claudii Imperatoris.	à Passione Christi.

Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Jerosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum revelationem.

Gal. 2. v. 1.

Concilium I. Hierosolymitanum Apostolicum celebratur, ubi conversi ad legem Evangelicam gentiles liberantur jugo legis Moysaicæ.

Act. 15. v. 4. 34

Paulus & Barnabas cum Barsaba & Sila decisionem concilii referunt Antiochiam. Inde, orta dissensione super Joanne Marco, cum hocce Barnabas navigat in Cyprum, Paulus assumpto Sila, perambulatur Syriam & Ciliciam.

Act. 15. v. 22. 41.

Paulus prædicans in Lycaonia, Lystris circumcidit Timotheum, peragrat Phrygiam & Galatiam tacitus; cum in Mysiam pervenisset, prohibetur à Spiritu S. ire in Bithyniam, divertit Troadem, inde que monitu divino navigat in Macedoniam, ubi Philippis hospitatur apud Lydiam, dæmonem Pythonem expellit; quapropter, excitata seditione, flagellatur, convertit custodem Carceris ad Christum, & à supplice Magistratu dimittitur.

Actor. Cap. 16.

Transiens Amphipolim & Apolloniam venit Thessalonicam. Orta seditione à Judæis, hospitis Jasonis dexteritate evadit in Beroëam, unde motâ rursus à Judæis Thessalonicensibus persecutione, navigat Athenas. Ejus ibidem cum Phila-

U.C.	Æ.V.	C.I.	P.C.	
802.	49.	9.	21.	<i>sophis</i> disceptationes. Conversio Dionysii Areopagitæ. Act. Cap, 17. Apostolus <i>Athenis</i> pervenit <i>Corinthum</i> , quò adveniunt <i>Silas</i> & <i>Timotheus</i> . Docet per sesquiannum, multos Christo lucratur. Contra Judæos defendit se coram <i>Gallione Proconsule Achaia</i> , & ex <i>Cenchris cum Aquila</i> & <i>Priscilla Epheso Cæsaream</i> navigat, indeque pergit <i>Antiochiam</i> . Act. Cap. 18. V. 1. 23. Corinthi S. Paulus alteram ad <i>Thessalonicenses</i> perscribit Epistolam, ubi & anno præcedente ad eosdem dederat primam.
805.	52.	12.	24.	à <i>Passione Christi</i> . Coff. [FAUSTO SULLA, SALVIO OTHONE. <i>Claudius Cumanum</i> . . . multavit exilio . . . Procuratorem deinde in <i>Judæam</i> misit <i>Claudium Felicem</i> , fratrem <i>Pallantis</i> . . . <i>Felix</i> cum esset <i>Judææ</i> procurator, visâ hac <i>fæminarum omnium pulcherrima</i> : (<i>Drusilla</i> , sorore <i>Agrippæ junioris</i>) amore ejus captus est . . . illa malè consultâ . . . consensit calcata religione patria <i>Felici</i> nubere. Joseph. L. 20. Ant. C. 5. Paulus cum aliquo tempore mansisset <i>Antiochiæ</i> , perambulat <i>Galaticam regionem</i> , & <i>Phrygiam</i> , ex cujus <i>Metropoli</i> primam ad <i>Timotheum</i> mittit Epistolam. Act. 18. V. 23. Venit <i>Ephesum</i> , ubi per tres menses disputat in <i>synagoga</i> , quâ
				<i>Urbis conditæ.</i> <i>Æræ vulgaris.</i> <i>Claudii Imperatoris.</i>

U.C.	Æ.V.	C.I.	P.C.	
805.	52.	12.	24.	reluctante desertâ, docet in schola Tyranni per biennium. Actor. C. 19. V. 1. 40.
807.	54.	14.	26.	Coff. [M. ASINIO MARCELLO, M. ACILIO AVOLA. <i>Claudius Cæsar exactis in Imperio tredecim annis, & octo mensibus, diebusque viginti, fato functus est: (die 13 Octobris:) asseverantibus quibusdam, sublatum esse uxoris veneficio.</i> Joseph. L. 20. Ant. C. 5. <i>Sucessorem regni Neronem relinquens, quem Suadelis Agrippinæ uxoris suæ, in Imperium cooptaverat.</i> Idem. L. 2. de Bell. C. 11. Paulus Ephesi in scholâ Tyranni pergit docere, ibique prodigiosas sanitates operatur. Dæmoniacus invadit Scevæ Judæi filios. Demetrius Argentarius commovet artifices, & populum adversus Paulum; illos scriba Oratione sedat. Actor. 19. V. 10. 40. Ex urbe Ephesinâ primâ vice Paulus scribit Corinthiis.
808.	55.	2.	27.	Coff. [NERONE AUGUSTO, L. ANTISTIO VETERE. <i>Exacto Ephesi ferè triennio Paulus tendit in Macedoniam, unde post tres menses Philippis Troadem, inde in Asson, Mitylenen, in Samum; hinc navigat Miletum. Hortatus accersitos ad se Ephesinos, pergit Coïum, inde Pataram, ac tandem Tyrum appellit.</i> Actor. 20. 21. V. 1. 3.

U.C.	Æ. V.	N.I.	P.C.
808.	55.	2.	27.
Urbis conditæ.	Æræ vulgaris.	Neronis Imperatoris.	à Passione Christi.

Varias interim ad diversas Ecclesias *Paulus* dat literas. *Nicopoli in Macedonia Galatis, Corinthis, Tito, & Romanis* ex portu *Cenchrensi*, qui *Corintho* vicinus est, scribit. *Tyri* ac deinde *Cæsareæ* prædicunt *Prophetæ*, vincula *jerosolymis* manere *Paulum*, qui, nequicquam dissuadentibus discipulis eò pergit sub *Pentecosten*. Exceptus cum *Gaudio*, ut *Judaizantium* calumnias confutet, jungit se *postero die*, quam *advenerat*, votum exequentibus in templo, ubi conspectus à *Judæis* *quarto adventus die* invaditur; eripitur furori à *Lysia*, & *arci Antoniæ* includitur.

Act. 21. & 22.

Postridie noctu cum validâ custodiâ vincetus mittitur *Cæsaream*, ad *Felicem* Præsidem, eoque perducitur *biduo post*, *septimo die*, postquam *Jerosolymam* reviserat. *Post quinque autem dies*, *Cæsareæ* actos, *duodecim* ab adventu, defendit causam suam coram *Felice*, à quo liberaliori custodiâ detinetur.

Act. 23. V. 24. — 24. V. 26.

Biennio autem præfecturæ in Judæa expleto, accepit successorem *Felix Portium Festum*.

Ibid. V. 27.

Cæterum postquam *Felici* successor *Portius Festus* à *Nerone* missus est, primores *Judæorum* *Cæsaream* incolentium *Romam* profecti sunt, *Felicem* accusaturi.

Joseph. L. 20. Ant. C. 7.

Festus audit coram *Agrippa Pau-*

U.C.	Æ.V.	N.I.	P.C.
803.	55.	2.	27.
Urbs condita.	Ætæ vulgaris.	Neronis Imperatoris.	à Passione Christi.
809.	56.	3.	28.

lum perorantem; & appellantem ad Cæsarem Romam destinat.

Actor. C. 25. 26.

Variò variis per hyemem & tempestates casibus jactatus Paulus, naufragium patitur contra insulam *Melitensem*, ubi benignè excipitur à barbaris.

Act. 27. 28. V. 1. 2.

Hoc verosimilius anno *S. Lucas* sectator Apostoli Pauli, & omnis peregrinationis ejus comes, scripsit *Evangelium*.

S. Hieron. L. de script. Eccles.

Coff. [Q. VOLUSIO,
P. COR. SCIPIONE.

Cum reliquam hyemem *Melitæ* prædicando exegisset Paulus, primo vere solvit in *Italiam*, *Putcolos* appellit, indeque tandem deducitur *Romam*, ubi liberius habetur, & biennio toto manens in conducto suo, prædicat cum magno fructu *Judæis* atque gentilibus.

Actor. C. 28.

Paulus Roma per *Epaphroditum* Philippenfibus, per *Onesimum* Coloffenfibus & *Philemoni*; postremò *Hebræis* mittit *Epistolas*.

Cæsar de *Festi* morte accepto nuntio *Albinum* in *Judæam* misit præsidem. *Junior Ananus* audax & ferox ingenio, tempus opportunum se nactum ratus, mortuo *Festo*, *Albino* adhuc, agente in itinere, concilium judicum advocat, statutumque coram eo fratrem *Jesu Christi* *Jacobum* nomine, & unà quosdam alios, reos impietatis peractos, la-

U.C.	Æ. V.	N.I.	P.C.	
809.	56.	3.	28.	pidandos tradidit, quod factum omnibus in ea civitate bonis & legum studiosis vehementer displicuit. Joseph. L. 20. Ant. C. 8.
817.	64.	11.	36.	Coff. [C. LECANIO BASSO, M. LICINIO CRASSO. Gessius Florus Albino successor & Nerone missus, plurimis Judæos replevit calamitatibus... aded vero potestate violenter abusus est, ut Albinum Judæi desiderarent quasi beneficium. Joseph. L. 20. Ant. C. 9. Urbs Romana Coff. Cajo Lecanio, & Marco Licinio incensa, ac videbatur Nero condendæ urbis novæ, & cognomento suo appellandæ gloriam quærere, & sic jussum incendium credebatur. Ergo abolendo rumori subdidit reos, & quæsitissimis pœnis affecit, quos per flagitia invisos, vulgus Christianos appellabat. Tacit. L. 15. Annal.
818.	65.	12.	37.	Coff. [P. SILIO NERVA, J. ATTICO VESTINO. Alteram S. Petrus Romæ ex Marmertino carcere dat Epistolam. Postremis S. Paulus literis honorat Timotheum. Petrus A. XXV. M. I. D. IX. fuit temporibus Tiberii Cæsaris, & Caji, & Tiberii Claudii, & Neronis: à consulatu Vinicii & Longini, usque Nervæ & Veri, aliàs Vestini. Passus autem cum Paulo die. III. Cal. Jul., Coff. supradictis, imperante Nerone.

Urbis condita.

Aræ vulgaris.

Neronis Imperatoris.

a Passione Christi.

U.C.	Æ.V.	N.I.	•P.C.
818.	65.	12.	37.

Urbis conditæ.

Ære vulgaris.

Neronis Imperatoris.

à Passione Christi.

Cat. Ant. Pont. Rom. apud Henfchen. tom. I. April.

Hic ergo: (Paulus:) XIV. alias XII. Neronis anno, eodem die, quò Petrus Romæ pro Christo capite truncatus, sepultusque est in via ostiensi anno post Passionem Domini trigesimo septimo.

S. Hiero. L. de script. Eccl. C. 7. *Bellum contra Romanos suscipere, solus florus nos compulit malens semel universos, quam paulatim perdere. Itaque secundo anno, postquam is venit procurator in provinciam, duodecimo vero Neronis imperii, bellum id coeptum est: quò tempore quanta vel coacti fecimus, vel perpeffi sustinimus, exactis cognoscere poterunt, qui dignabuntur legere libros à nobis conscriptos de bello Judaico.*

Joseph. L. 20. Ant. C. 9.

O. A. M. D. G.

L. B.

Rationem nunc reddere oporteret adornatæ à nobis Chronologiæ sacrae, eamque notis illustrare criticis, oppositis utique *observationibus historico-chronologicis*, quæ de annis Christi Salvatoris priori anno Moguntiaë typis *Andree Craj* prodierunt, quarumve Authorem esse D. Joannem Jung Historiæ Ecclesiasticæ in Universitate Moguntina Professore, suspicor firmiori nixus motivo, ac Vir ille modestissimus, dum in fasciculo undecimo Ephemeredum Ecclesiasticarum anno proximè lapsò editarum, me orbi literario denuntiavit tanquam indubitatum Authorem *Speciminis Animadversionum in Fratris Philippi Hedderich* dissertationem Juris Ecclesiastici Germanici de Juribus Ecclesiæ Germanicæ in Conventu Emsiano explicatis &c., ubi & me humanitatis causâ *Monachum Franciscanum* appellare dignatur; verùm cum variæ hætenus, ut fertur, Typographo injectæ fuerint remoræ, nec moram patiatur urgens negotium, in tempus magis opportunum necesse est differre propositum.


Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



RAtionem
nobis Chron
criticis, opp
chronologica
priori anno
dierunt, qu
Jung Histor
guntina Pro
tivo, ac Vi
undecimo
proximè lap
vit tanquan
Animadver
dissertatione
bus Ecclesi
explicatis &
nachum Fr
cùm varia
jectæ fuerit
negotium,
est differre

ta à
trare
rico-
toris
pro-
mem
Mo-
mo-
iculo
anno
antia-
minis
erich
Juri-
affiano
à *Mo-*
erum
no in-
rgens
ecessè